



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Formularium Episcopale

Barbosa, Agostinho

Coloniae Agrippinae, 1680

Formula L. Pro factoribus urbanis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10456

erunt deferenda, tunc in monasterium
tantum cum dictis rebus admitti possis
præsentibus Monialibus deputatis, ubi
de aliis rebus quibuscunque extra offi-
cium tuum loqui non debeas, nec etiā
ibi comedere, aut amplius quam ne-
cessitas deponendi dictos fructus po-
stulat, manere, cùm in factoris æde, ut
possis cibum sumere tibi commoditas
erit præbenda, atque hanc ob causam
ante omnia juramentum præstare de-
bebis in manibus eorum, qui à nobis
deputati sunt, sub pœnis &c.

FORMULA LI.

*Pro electore, aut alio hujusmodi
operario.*

Tibi N. licentiam concedimus per sex menses duraturam , ut jura-
mento prius præstito , quando ab Ab-
batissa vocatus, necesse fuerit te ingre-
di claustra monasterii S. N. horti, aut
viridarii colendi , seu fructus legendi,
aut alterius similis operis causa non ali-
ter, quam recto itinere in locum depu-
tatum pergas, post ortum solis associa-
tus semper duabus Monialibus seniori-
bus ab Abbatissa deputatis, nec in ali-
um locum trans eas, nec cum alia ulla
sub quocunque praetextu loquaris, aut
literas, vel nuntium intus , sive extra
deferas, sed in omnibus juramentura
in manibus nostris præstitum observes,
& ante solis occasum ex eas, poenis &c.

FORMULA L.

Pro factoribus urbanis.

Tibi N. factori deputato ad res omnes monasterii S. N. concedimus licentiam per annum duraturam, ut si aliquando ex magna necessitate oportuerit te ingredi septa monasteris (cum alioquin res, & negotia tua ad crates in alloquitorie publico expedire debeas, ut tunc nonnisi post ortum solis, & associatus duabus Monialibus deputatis, & dato signo campanulae, rectâ viâ pergas ad locum, ubi opera tua fuerit necessaria, & quamprimum inde te expedire procures, ita ut omnino eas ante occasum solis, nec interim cum aliqua alia loquaris, aut literas, seu nuncium intus, vel extra deferas, & in omnibus juramentum in manibus nostris, seu eorum, quos deputavimus, præstes, sub pœnis &c.

FORMULA LII.

*Juramenti præstandi ab admittentis in-
tra clausuram monasteriorum
Monialium.*

Ego N. sacerdos aetatis quadraginta annorum Confessarius electus & deputatus Monasterii S. N. policeor & juro, me eos tantum ob clausuram monasterii ingressurum.